

**Dissertatio medica inauguralis, de colica pictaviensi ... / Benjamin Robles de Medina.**

**Contributors**

Robles de Medina, Benjamin.  
Rijksuniversiteit te Leiden.

**Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Apud Johannem Luzac, 1762.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/vpd4gzt8>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

HOC RECIPIIT NEMO NISI DIGNUS.

**DISSERTATIO MEDICA**  
INAUGURALIS,  
DE  
**COLICA PICTAVIENSI.**

QUAM  
DIVINI NUMINIS AUXILIO  
Ex Auctoritate **MAGNIFICI RECTORIS,**  
**D. HIERONYMI DAVIDIS GAUBII,**

MEDICI DOCTORIS. EJUSDEM AC CHEMIE ET COLLEGII PRACTICO-MEDICI PROFESSORIS ORDINARI, SERENISSIMI PRINCIPIS ARAUS. ET NASSOV. ARCHIATRI.

NEC NON

*Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu & Nobilissima FACULTATIS MEDICAE Decreto,*

**PRO GRADU DOCTORATUS,**

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis ritè ac legitimè consequendis,

*Eruditorum examini submittit*

**BENJAMIN ROBLES DE MEDINA,**

SURINAMENSIS. *Horadecima*

*Ad diem 23. Aprilis MDCCLXII. H. L. Q. S.*



DISSERTATIO MEDICA

COLLEGIUM RICHTAVIENSE

WILHELMUS DAVID GAHN

PRO GRADU DOCTORATUS

DE PRINCIPALIUS REBUS IN MEDICINA

VIRIS GRAVISSIMIS  
ILLUSTRIBUS

VARIIS MUNERIBUS IN HAC  
REPUBLICA CONSPICUIS

MEO ENCOMIO MAJORIBUS

NOBILI FRATRUM PARI

D. D. JOANNI & THEODORO  
VAN MARSELIS,

FAUTORIBUS MEIS SEMPER COLENDIS.

*Hanc Dissertationem &  
me ipsum*

D. D. D.

B. R. DE MEDINA.

VARIIS GRÆVARISSIMIS

ILLUSTRIBUS

VARIIS MUNERIBUS IN HAC

REPUBLICA CONSPICUIS

MEO ENCENOMIO MAJORIBUS

NOBILIFRATRUM PARISI

D. D. JOANNI & THEODORO

VAN MARSSELIS,


AUTORIBUS MEIS SEMPER COLLENDIS

Hanc Dissertationem

me scripsit

D. D. D.

B. R. DE MEDINA



DISSERTATIO MEDICA  
 INAUGURALIS  
 DE  
 COLICA PICTAVIENSI.



§. I.

**N**equaquam in genere, quid hucusque apud Medicos per Colicam morbum sit intellectum, nunc meminisse est animus; eam tantum descripturus, quæ ob varia ut & rariora cæteris paribus symptomata, quibus stipari eadem solet, majorem hinc a doctis meruit contemplationem.

A

§. II.

## §. I I.

Est igitur Pictaviensis Colica, lancinans abdominis, ut plurimum circa Coli intestini situm, dolor totum abdominalem tractum sensim afficiens nec non lumbos, dorsum imo & artus cum alvo clausa aliisque symptomatibus, quæ omnia tandem in paralyfin artuum desinunt.

## §. I I I.

Nominis ratio petenda ab eo, quod hic morbus magnam stragem circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum secundum in tota fere Aquitania apud Gallos, scilicet Armonicis, Santonibus, Engelismensibus, præsertim vero Pictonibus, ediderit. Quæ de re & motus Franciscus Citesius, tunc temporis apud Pictones Facultatis Medicæ Decanus, de hocce morbo cedro dignam Diatribam conscripsit posteritatiq; reliquit.

## §. I V.

## §. I V.

Neque inde deducendum, ante Citesii tempora talem plane non extitisse neque fuisse descriptum morbum; Observationum enim Medicarum Historiæ, a Sacuto Lusitano collectæ, pluraque alia testimonia evincunt, jam priscis ævis eundem notum fuisse morbum. Ipse Citesius, quibus idem fulciret dogma, varia protulit argumenta.

## §. V.

Endemius tamen videtur esse morbus incolis Americam inhabitantibus, quum si bene recorder frequentissimus numerus ægrorum, eo morbo affectorum in Surinamensi Colonia, mea Patria, inveniatur; item Itineratores tam Medici quam Geographi Jamaicensibus, Barbadosibus, Brasiliensibus aliisque Americanis incolis huncce morbum adscripserunt. In plurimis memoratorum hominum regionibus *Beljac* nomine occurrit.

## §. VI.

Mihi igitur Surinamensibus, favente summo rerum Arbitro, medicinam adhibituro, non inutile erit hac occasione pro moduli mei ratione Phœnomena, causas, & sanandi rationem hujus ægritudinis eo modo narrare, ut imposterum ægris meæ curæ demandatis normæ dicenda inserviant.

## §. VII.

Leves circa umbilici regionem dolores sensim augentes, atque Coli situm sequentes, una cum materiæ elasticæ intus stagnantis, atque ad flatus speciem foras prorumpentis perceptione, ut & spasmodica contractio totius tubi intestinalis, hinc & partium tam adjacentium quam remotarum per nervorum systema tamen ligatarum, sunt prima hujus morbi indicia.

## §. VIII.

## §. VIII.

His §. VII. junguntur pallor vultus, gelida extrema, languentes vires, animus inquietus, corpus anxium, vigiliæ assiduæ, leipothymia, appetentia prostrata, nausea, ructus, vomitus materiae atrabiliaria, singultus iteratus vehementissime ægrum fatigans, sitis inexplebilis, stranguria calculum sæpius mentiens; illis hypochondria æstuant; aliquando adest febris ut plurimum abest, sed semper adfunt, quod caput totius mali est, acutissimi ventriculi, intestinorum, lumborum, ilium & inguinum dolores, fere semper cum alvo clausa.

## §. IX.

Augente malo universum fere corpus, ut humeri, mammae, pectus &c. vellicatur & lancinatur. Imo crura & plantæ pedis nonnunquam miserrime dolent, & quod omnium pessimum est tandem, cessantibus aliquando

doloribus ita ut ægri sanari videantur, artus quasi resolvi percipiunt subitoque paralytici fiunt.

§. X.

Breviter duce memorato Citesio morbum descripsi, quem adeo descriptioni congruere plurimis exemplis sum doctus, ut nulla imago similior pingi queat quam hæc descriptio sit morbo, quod & omnes qui post Citesium de eo egerunt fateri coguntur. Jam quænam aptæ sint causæ diræ symptomatum catervæ producendæ sunt examinendæ.

§. XI.

Præmonendum est partes, quæ afficiuntur, nullas alias esse quam nervosas, alias enim sequerentur illæ ægri tudines, quæ ex vasorum sanguiferorum & partium ex iis conflatorum læsione oriri solent; quarum nil plane sub sensu cadit. Nervosum ergo systema tan-  
tum

tum patitur, valet tamen universum corpus incensum trahere.

§. X I I.

Colica Pictaviensis originem sumit suam, a fructibus horæis nimia quantitate vel immaturis ingestis, a potationibus repetitis, a materia febrili post tertianas vel quartanas subito suppressas, vel a quacunque toxica re, quamvis minima, corpori cum cibis vel potibus ingesta, & quod maximam omnium meret attentionem, est Saturnina materies, quæ in plurimis locis unica est causa totius tragœdiæ.

§. X I I I.

Ultra votum nostrum extenderet se disertatio, si de omnibus causis figillatim agerem; suffecerit nobis circa vinum & plumbum, ut causas hujus ægritudinis, pauca memorasse.

Acida semper corpori humano inimica sunt comperta vina, quæ hunc morbum producere

ducere solent, semper maxime sunt acescen-  
tia, & quæ calore facile in acetum mutan-  
tur. Citius jam vinum album acerbissimum  
accusabat. Americanis vix alia adscribenda  
est causa quam vinum, quo ex Madera cæte-  
risque Insulis Canariensibus allato abuti so-  
lent.

Ramassinus in suo de Artificum morbis  
tractatu demonstravit, quibus illi, qui plum-  
bum tractare solent, sint obnoxii morbis, ibi  
constat & hujus morbi genere misellos af-  
fici.

#### §. X I V.

Vina Rhenana jam acida edulcerare solent,  
fædo exemplo, saccharo Saturni, maximo ho-  
minum damno, quam agendi rationem in  
Germania is, cui imperandi potestas est, sub  
capitis pœna prohibuit. Tamen talia ut &  
Mosellana Vina simili modo adulterata ubi-  
que veneunt. Prostat tamen ratio, qua fal-  
laciã detegere valemus; eam clarissimus

Gau-

Gaubius sciundi cupidus indicavit in Actis  
Harlemensibus.

§. X V.

Saturnina etiam labe existit ut causa cur  
tot in nobilissimo emporio Amstelodamensi  
Colica Pictonum afficerentur ; ibi enim fieri  
multoties nequit, quin inter bibendum pluviam  
plumbi portio ingeratur, quæ, quamvis mini-  
ma sit quantitas, tamen satis apta gignendo  
pessima hujus morbi symptomata ; constructio  
cisternarum plumbo investitarum aquam sua  
labe afficiunt.

Narravit mihi quidam Medicus Amstelo-  
damensis, quod semper suspectas aquas eadem  
ratione, ac Cl. Gaubius vina, soleat exami-  
nare.

§. X V I.

Ea, quæ dicta sunt, si conferantur cum a-  
liis Colicis, non difficile erit nostram ab aliis

facile dignoscere ; symptomatum numerus & qualitas , nec non subjecti natura morbi exitum prævidet , sicque formatur prognosis atque diagnosi. Curandi jam ratio restat examinanda.

### §. X V I I.

Sanandi ratio in eo consistere videtur:

Primo ut obviam eatur paroxismo.

Secundo ut symptomata tollantur.

Tertio ut caveatur recidiva.

### §. X V I I I.

Primæ indicationi occurritur , blandis oleolis & muculaginosi tam per os quam per enemata ingerendis ; olea mirum in modum omnia acria obtundunt atque involvunt , enemata ex oleo lini constantia pluries de die sunt applicanda. Laxantia & emollientia hic commendantur , manna , sero lactis soluto addito , pulpæ casia debita quantitate mira præstat ,

stat, nec non nocturnis horis leve narcoticum est præscribendum. Verbo laxantibus cum anodinis alternis vicibus adhibitis negotium absolvitur.

## §. X I X.

Si dolores maneant intolerabiles & alvus officio non fungatur, alia erunt in usum revocanda, in subjecto Pletorico, ad prævenientiam inflammationem licebit venam in talo secare; porro summi usus tunc sunt semicupia imo & balnea integra calida, si talia desiderentur; tunc præsto sint fomenta & cataplasmata ex decoctis herbarum emollientium parata, enemata laxantia ut & laxantia per os interpositis anodinis semper uti interim convenit. Iis ut plurimum, si malum non sit inveteratum, atque subjectum haud sit cachecticum cedere solet morbus.

## §. X X.

Secundæ indicationi satisfacimus abstinendo ab iis quæ morbum facere & augere comperimus, & dein iis medicaminibus utendis, quibus morbi illi symptomati aliam profligari novimus, talia sunt in paralyfi frictions externe fortes, vesicatoriæ repetitæ, ut & Vis Electrea; sed imprimis, cibus blandus, qui minima vi ad assimilationem in nostrum humorem indiget, qualis est lac asininum, cujus præstantissimum effectum satis nequeo laudare.

## §. X X I.

Dolendum tamen est nos in nostra Colonia, ubi hic morbus endemius est, præstantissimo tali medicamine carere; quidni Nigritæ nostrates usurpantur ad nutriendos miseros illis morbis correptos; certe præstaret de Nigritarum uberibus lactare, quam valetudinarii vana sæpe spe maris periculum subire; quidquid

quid sit adspirante summo Numine canaber experiri, quid commodi inde hauriri possit, spero.

§. X X I I.

Recidiva cavetur & sic tertiæ indicationi satisfacimus, Vires vitæ roborando iis medicaminibus, quæ tali virtute prædita esse novimus, semper tamen alvus aperta est servanda atque in lactis asinini usu est pergendum. Iis tunc adduntur pilulæ ex extracto corticis Peruviani, cum gummi ferulaceis & sapone paratæ; quibus si vita sobria jungatur nullum fere est dubium, quin pristinæ sanitati hoc morbo correpti restituantur.

§. X X I I I.

Finem dissertationis facerem, ni hic memorare esset animus methodum, qua plurimos a Colica Pictonum liberatos vidi. Scilicet primo ad sistendos motus spasmodicos sequens præscribatur mixtura:

B 3

R.

℞. Pulv. Comit. k. Scr. ij.

Ceph. M. Scr. j.

Aq. Still. flor. tiliæ.

Lilior convallium ãa  
unc. ijβ.

Naph. unc. j.

Spirit. Carm. Sylvii dr. jv.

TRæ opii Gutt. XL.

M.

Capiat æger omni bihorio tertiam hujus  
portionis partem donec sistentur dolores, tunc  
injiciantur enemata ex oleo lini cum sapone  
Veneta soluta, præterea assumet singulis tri-  
horiis tres sequentium pilularum, superbiben-  
do duas uncias præscribendæ & portionis.

℞. Asæ. foetid. dr. ij.

G. Sagapen.

Opopanac.

Bals. Copaib. ãa dr. j.

Croc. Britanic. gr. xij.

M. f. pil. gr. iv.

℞. Aq. Stil. Menth.  
 Fœnicul.  
 Salviæ.  
 Rutel. ãa unc. v.  
 Sal. Absinthii dr. ij.  
 Syr. Vradic. aperient. unc. ij.  
 TRÆ. Mirh. unc. j.  
 Castor. dr. j.  
 Succin. dr. iv.  
 Croc. dr. ij.  
 Opii Gutt. xxxv.

M.

Sit potus ordinarius aqua Selterana cum ter-  
 tia lactis quantitate. Porro usurpetur lac a-  
 fininum. &c. de quibus jam egimus, ut fe-  
 micupia, Balnea, & sic porro.

Ad roborandum sequens præscribatur con-  
 ditum:

℞. Cortic. Peruv. optim. tenuiff. trit. dr. vj.  
 Confer. v. Antiscorbutic. Sydenh. unc. j.  
 Theriac. Andromach. dr. iv.  
 Rad. Zingiber Condit. dr. ij.  
 Ol. Menth. ab iudicibus.  
 Cinnamom. ãa Gutt. iij.  
 Syr. Cortic. Citr. q. s. ut f. Conditum.

Capiat æger ter vel quater magnitudinem  
 Nucis nupisticæ.

Hæc est methodus, qua plures ab aliis neglectos & fere occisos ex orci quasi faucibus rapere vidi, cujus auctor erat doctissimus atque felicissimus D. David de Meza, hujus nominis senior Medicus, revera princeps, meus, dum fata sinebant, Præceptor Venerandus.

Hæc itaque sunt, quæ dicere statueram, rogans L. B. juveniles Conatus boni consulat, eaque autem tantum esse conscripta, ut Academicæ satisfierent Leges, sciat.

T A N T U M.

T H E-

# COROLLARIA.

I.

*Nullus est corporis humani humor, sudori cognatior, quam urina.*

II.

*Differentia, quæ inter utrumque interceat, a diversa potissimum excretionis ratione dependet.*

III.

*Sudor non tertiæ solum, sed primæ quoque & secundæ, coctionis materiem continet.*

IV.

*Ad prognosin & diagnosin morborum formandam, observatio sudorum plurimum habet momenti.*

V.

*Balnea frigida in hisce terris caute sunt commendanda.*

COROLLARIA

Nullus est corpus durabile, quod non cogit  
sibi, quia in terra

Differencia, quae inter illudque intercedit,  
est, quod in philosophia est, quod in ratione dependit

Est autem ratio, quae in philosophia est, quod in ratione dependit  
est, quod in philosophia est, quod in ratione dependit

Ab omni parte est dignitas, quae in philosophia est, quod in ratione dependit  
est, quod in philosophia est, quod in ratione dependit

Est autem ratio, quae in philosophia est, quod in ratione dependit  
est, quod in philosophia est, quod in ratione dependit

TER INHULDIGING  
VAN MYN WAARDE VRIEND  
DEN HEERE  
PETRUS DE MEESTER,

*Tot Doctor in de Geneeskunde.*

**M**yn Clio vind tot digten stof,  
En niets kan haar thans meer verblyden,  
Als dat zy, Trouwe Vriend! U lof,  
En roem, na waarde kan verbreyden;  
Myn hart neemt deel in Uw' Geneugt!  
Te meer, nu gy op 't Leydsch Atheenen,  
Uw Studie tot Uw Vrienden vreugd  
Voleyndigd hebt; nu is verscheenen  
Die tyd, Gy hebt een hooger eer  
Verkreegen, door Uw vlytigheeden,  
Die eertrap wekke meer en meer  
Uw' Yver, Lust, en Naarstigheeden.  
De Weetenfchap U Leydftar zy;  
Zo word U eyndelyk gegeven  
Een Loon, veel grooter van waardy,  
Waardoor ge ontfangt het eeuwig Leeven.

*Non Arte, sed Amicitia.*

C. FEYLKE, S. S. Theol. Stud.

A A N D E N  
H E E R E  
P E T R U S D E M E E S T E R ,

*Wanneer hy der Medicyne Doctor wierd ingewyt in  
's Lands Hooge Schoole binne Leyden.*

**K**eert weder wulpsche Jongelingen,  
Die vrugteloos uw daagen flyt,  
En wild na glorie palmen dingen,  
Met Epiktetes naarstigheit:  
Zo zult gy lof, en eer verwerven,  
En eeuwig zyn bevryt van 't sterven.  
Laat andre vry de lauwre plukken,  
Van Mavors bloedig oorlogs veld,  
En met een reex van gruwelstukken,  
Zich troetlen als een dapper held:  
De kryg zal nooyt de kunst verheeren,  
Maar kunst zal altyt triomfeeren.

Beschout maar flegs eens van ter zyën,  
Alwaar Belloon haar zetel vest,  
't Is niet als zuchten, kermen, schreyën;  
Verzeld met hongers-nood, en pest:  
De bleeke Dood, die ziet men waaren,  
Rontom in 't veld, by d'oorlogfschaaren.

Maar kunst geeft andre liefde blyken,  
Zy ondersteund den zwakken staat,  
En red geheele koningryken,  
Voor al wat schriklyk is of quaat:  
Door kunst der kruyden weet men 't leeven,  
Aan halve dooden weër te geeven.

Volgd dan dit spoor dat zyn de Baaken,  
Hier in des Werrelds woeste Zeen,  
En wild als Palinuuren waaken,  
Tot nut en hulp voor 't algemeen:  
Zoo zult gy moedig zegevieren,  
Met eeuwig duurende lauwrieren.

Die weg is MEESTER ingeslaagen,  
Met onvermoeiden arrebeit,  
Hy schiep in d'Artzeny behaagen,  
En heeft zyn zinnen toegeleit:  
Om langs het helden spoor te renne,  
Van Hippocraat en Avicenne.

Zyn geest wyd in aloude boeken,  
Met gulde spreuken ryk bemaalt,  
En heeft door naarstig onderzoeken,  
Natuurs geheimen achterhaald:  
Zo word zyn yver voortgedreeven,  
Tot onderstant van 's menschen leeven.

Hoe wedergalmen thans de muuren,  
Van 't wyd beroemd Bataafs Atheen,  
Nu dat myn Held in deeze uren,  
De ziekten weet op 't hart te treên:  
En al d' elenden jaagd na buyten,  
Om z' in Pandoraas doos te sluyten.

Hebt gy in ongeslaape nachten,  
Uw schrandre herzens afgeflooft,  
De Dankbaarheid zal 't weer verzachten,  
En vlecht reets lauwren om uw hoofst:  
Want gy zyt waardig die te draagen,  
Lang moet de weereld van u waagen.

A. STOKHUYZEN.

TER INHULDIGING

VAN DEN

H E E R E

PETRUS DE MEESTER,

*Tot Doctor in de Geneeskunde.*

**D**us ziet ge in 't eind, myn Vriend! uw naarstigheit beloonen,  
Nu Gy den Parnas top met lof beklimt, alwaar  
Ge U Plegtiglyk ziet in de Wyze Schaar,  
Der Artzen voegen, en uw kruin met Lauwer kroonen.

Vaar voort Roemwaarde Vriend, vaar voort, bestêe de gaven,  
Die U zoo milt tot nut van 't Menschelyk Geslagt,  
Volmaakt geschonken zyn, en toon wat heilzaam' kragt,  
In d'Artsenye legt, om al hun smert te laven.

De Kranken zugten reeds om hulp; geef hen op nieuw het leven;  
Schenk hen uw Bystand dog, op dat uw Groote Naam,  
(De Naneef tot een Roem,) op wieken van de faam,  
Eeuw uit, Eeuw in mag om het aardryk zweven.

*Uit Vriendschap.*

ER INHULDIGING

VAN DEN

H E E R E

TRUS DE MEESTER

Tot Doffen in de Gemeente

niet g'ind; myn Vriend! in nam' ligheid beoanen,  
 Gy den Tarm toe niet lof belime, elwar  
 I Pleeglyk-ziet in de Wyde Schar, in 2  
 zoe roepen, en uw kraig met Jauwer kroonen.  
 uit h'ontw'erde Vriend, wat voort, helde de Gaven,  
 U zoe malle tot nu van 't Menschelyk Gelyc,  
 nake gelchonen xvi, en toon wat h'atam' kragt,  
 lenye legt, om al h'at d'ert te leven.  
 on zigten te de om h'ap; geelhen op nieuw helaven;  
 ken uw d'lynd doe, en dat uw Groot-Naan,  
 lander tot een Room, op wick in van de laan,  
 Ich in mag om de natlye zweven.

De G'inghede